



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Epigramma 57. Quæstio. Ad Diuum Ioannem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Ioannes Rhodo præsidium  
contra Turcas.

Vbi Petrus Danbuysson militaris ordinis S. Ioannis, Rhodi magistrum agit, Mahumetes secundus orbi Christiano terror, & gemini euersor imperij, & tot regnum excidys superbis iam victor, etiam Rhodon, pulcherrimam illam Carpathij maris rosam, magna Virgini & Ioanni Baptista sacram, it ereptum. Itaq; obfessâ iam Rhodo, Rhodienses milites militare vexillum, cui apparetus in cruce Christus, Deipara, S. Ioannes Baptista, & Ierosolymorū insignia, mœnibus prefigunt. Vbi tum & crux aurea ē cœlo adfultit, eiusq; ad latus vili sub amictu Heros dux, corusco in agmine apparuit, qui ensem & clypeum hostibus obtemperet; unde ijs cen fulmine adflatis incussus terror. Insuper & duo viri humana formâ augustiores, noctu mœnia obeunt, & ubi Turcae adfultum parant, minaci ferro, & vultu in fugam auertunt, Rhodumque Solymanno tandem diu post expugnandam, sub Alexandro VI. relinquunt. Sabel. supplem. hist. Venet.

Epigramma 57.

Quæstio.

Ad Diuum Ioannem.

P Oshuma bella geris, tibi dum caput excidit ensis?  
Victor ouans hostes quo cadis ense, metis.

Corona

Corona ferrea, quā primō Cæsares cinguitur, seruatur Medoëtia in augusto S. Ioannis templo; quam Mediolani accepit Henricus Luxelburgensis. Argenteā verò Caroli Magni coronā Aquisgrani insigniuntur. Aureā denique iam Francofurti; olim Romæ.

## A D R O M A.

**R**oma, tuam vatis tutelæ crede coronam;  
Ferrea nunc, dos hæc aurea Regis erit.  
Sors ea par Vati; quem mors nunc ferre a terris  
Abstulit; is cœlis aurea sceptra regit.

Ioannis nomen, uti præclari viri; olim apud Christianos scriptum notis; quales Tiro Ciceronis libertus inuenit; & ex eo, & Seneca Janus Gruterus typis edidit; item & Elisabetha nomen sic scriptum apud Isidorum legitur.

**S**cribere vis vatis, princeps cui gloria, nomen?  
Ut potes, innumeris hunc mihi scribe notis.  
Hanc tamen his scribes unum vel vatis iera.  
Tot titulos laudum Vox sonat vna suos.

## Epigramma 58.

### Ad Benetolum Leætorem.

**V**Ox si scripta placet; scriptam cum dixeris aurea.  
Si minus adridet; dic leuis aura sonat.

## ELEGIA